SAMMELHANDSCHRIFT MIT VORWIEGEND HAGIOGRAPHISCHEN TEXTEN
Österreich, 1. Hälfte 12. Jh. Seite 159r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26460
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tis adlimina aplorum romam uenire temptauit.
quem tamen resistentium aliquamdiu fratrum orba
ta patris impediuit necessitas karitasque
heuilantium. ac compassio utrobique dolenti
um ad tempus obsistebat. ita ut magno
quidem mentis angore premeretur. & in quam
se uerteret partem ignoraret. Metuebat
enim ne grex magistro commissus iam sine
uigilanti pastoris custodia eo decidente
luporum morsibus pateret. & ut peregre profi
ciscendi autumnale sibi deficeret tempus
formidabat. Cumque omnipotens deus solita non in me
mor pietatis sue clementia seruum suum tan
ta animi pressura perturbatum. & anxio uel
let dolore eripere. & iocundum gregi pro
uidere magisterium. iam prefati antistitis
erga fratres intestina facta est meditatio. &
bone indolis uirum nomine stephanum huic
presidere fecit ecclesie. & sanctum hunc uirum per longas
peregrinationis uias ire uolentem ad loca
incolomem destinata direxit. Qui protinus